Sit omnibus notum. Quod ego Martinus Dorna, vicarius regie audiencie, comissarius sive executor per serenissimum dominum Regem assignatus in causa execucionis instate fieri in bonis Anthonii Roureti — habitatoris populi de Hospitaleto, ad instanciam et requisicionem venerabilis Johannis de Cortingis civis Barchinone ut procuratoris et nomine procuratorio filiarum heredum Martini Joannis de Turrellis militis domini castri de Ruppe sitis in Vallense et heredum domine Constancie quondam prime uxoris sue. Nomine predicto confiteor et recognosco vobis Joanni Sanç orpellerio civi dicte civitatis ... habentis recognicionem et cessionem de domibus infrascriptis a Joanne de Pons stinfferio habitatore dicte civitatis ut instrumento inde recepto in posse Gabrielis Denesa notarii publici Barchinone infrascripti tercesima die mensis Julii proxime preteriti. Et modo inferius designato dedistis et solvistis in dicto nomine recipienti omnes illas decem libras Barchinone pro quibus sive quarum precio pro prosequcione instancie et de consilio heredum Anthonii ... legum doctoris judicis ad hec per dictum serenissimum dominum Regem assignati vendidi dicto Joanni de Pons et suis et quibus velletis totas illas domos que solebant esse una domus tantum cum duo portali extra in carraria publica aparienti et cum orto sive quintano terre eis contiguo et puteo medio ... et cum omnibus introitibus et exitibus et omnibus iuribus et pertinenciis suis quas dictus Anthonius Roureti habebat et possidebat in dicta civitate Barchinone in vico vocato de Sancto Paulo. Et tenebat pro et nunc tenentur per dictum heredem Martini Joannis de Turrellis et per eum et legitimum administratorem dictarum filiarum fratrum heredum dicte quondam eorum matris ... censum duorum morabatinorum et medii anno quolibet solvendorum videlicet unum morabatinum et medium in festo Pentecostes et residuum unum morabatinum in festo Sancti Michaelis mensis Septembris. Qui ... tenet per ... presbiteratum altaris Sancte Marie Sancteque Eulalie constructi in sede Barchinone sub dominio suo et alodio ... quemadmodum de precio ... Barchinone ... de dicta vendicione facta dicto Joanni de Pons plene constat instrumento inde recepto in posse Gabrielis Denesa notarii publici Barchinone infrascripti vicesima septima die Junii proxime preteriti. Modus solucionis dicte decem libre talis fuit quia ... ...mich ... et sterlli ... in tabula cambii Anthonii Pellicer campsoris ... die presenti Nove libre et decem solidos Barchinone quas dicta ... rata et grata habeo ... Residuos vero decem solidos de meis voluntate tradidistis mandando dicto Joanni de Cortingis dicto nomine procuratorio ... mo dictis sive principalibus pertinent racione dicte vendicionis. Et ideo renunciando excepcioni ... non numerate et modo predicto non solute et doli ... In testimonium ... dicto nomine vobis facio apocham de soluto ac bonum et perpetuum finem et pactum de ultra aliquid inde non petendo et de non agendo vallatum stipulacione sollempni. Actum est hoc Barchinone tercia die mensis Augusti Anno a nativitate Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Octavo. Sig+num Martini Dorna comissarii et executoris predicti qui hec dicto nomine laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Bartholomeus Leopart et Petrus Gil agricultores cives Barchinone.

Sig+num Gabrielis Denesa, auctoritate regia notarii publici Barchinone qui hec scripsit et clausit.

Noverint universi. Quod die lune intitulata tercia mensis Augusti Anno a nativitate Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Octavo in presencia mei Gabrielis Denesa regia auctoritate notarii publici Barchinone infrascripti et in presencia etiam Bartholomei Leopart et Petri Gil agricolarum civium Barchinone testium ad ista vocatorum specialiter et assumptorum, Martinus Dorna vicarius regie audiencie comissarius sive executor per serenissimum dominum Regem assignatus in causa execucionis instate fieri ad instanciam venerabilis Johannis de Cortingis civis Barchinone ut procuratoris filiarum heredum Martini Joannis de Turrellis militis domini castri de Ruppe siti in Vallense in bonis Anthonii Roureti — habitatoris populi de Hospitaleto. Nunc et ante predictis tradidit possessionem corporalem seu quasi Joanni Sanç orpellerio civi dicte civitatis de totis illis domibus que solebant esse una domus tantum cum uno portali extra in carraria publica aparienti et cum orto sive quintano terre eis contiguo et puteo medio ... et cum omnibus introitibus et exitibus et omnibus iuribus et pertinenciis suis quas dictus Anthonius Roureti habebat et possidebat in dicta civitate Barchinone in vico vocato de Sancto Paulo. Et tenebat pro et nunc tenentur per dictum heredem Martini Joannis de Turrellis ut patrem et legitimum administratorem dictarum filiarum fratrum heredum heredis domine Constancie quondam earum matris ad censum duorum morabatinorum et medii anno quolibet solvendorum videlicet unum morabatinum et medium in festo Pentecostes et residuum unum morabatinum in festo Sancti Michaelis mensis Septembris. Qui hec tenet per ... presbiteratum altaris Sancte Marie Sancteque Eulalie constructi in sede Barchinone sub dominio suo et alodio ... mensis ... Barchinone ... Quibus ... dictus Martinus Dorna ut comissarius et executor predictus vendicione fecerit Joanni de Pons stinfferio ut constat de dicta vendicione instrumento recepto ——— in posse Gabrielis Denesa notarii publici Barchinone infrascripti vicesima septima die Junii proxime preteriti. Qui quidem Joannes de Pons postea cum instrumento inde recepto in posse dicti notarii tercesima die Julii proxime effluxi recognicionem et cessionem fecit de predictis domibus dicto Joanni Sanç confitendo esse quod dictas domos emit pro ipso Joanne Sanç et ad opus sui et animo et intencione ... quod dicte domus eam sibi propie ... instrumento justo est videre. Quamquidem possessionem tradidit dictus Martinus Dorna eidem Joanni Sanç in hunc qui sequitur modum, quia iam constitutis ambobus intus dictis domibus dictus Martinus Dorna accepit per manum dexteram predictum Joannem Sanç et immisit eum intus domos predictas et dimisit Martinus Dorna postea foras exivit, dictus vero Joannes Sanç intus infra possessionem remansit et clausit et aperuit januas portalis ipsarum domorum et prestatis fuit ... non solum ... possidere intendebat. Et in signum vere et realis sibi tradite possessionis dictum comissarius et executor tradidit eidem Joanni Sanç claves dictarum domorum. De quibus omnibus et singulis supradictis ita peractis statim dictus Joannes Sanç verbo petiit et requisivit sibi et suis et aliis quorum intersit fieri et tradi unum et plura publica consimilia instrumenta per me dictum et infrascriptum notarium. Que fuerunt acta Barchinone die mense anno et loco predictis presentibus me dicto notario et testibus supradictis ad premissa vocatis specialiter et assumptis prout superius continetur.

Sig+num Gabrielis Denesa, auctoritate regia notarii publici Barchinone qui hec scripsit et clausit.

1478